



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 71. Caraffæ ab eodem pristinis honoribus, ac dignitatibus restituti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Ecclesiam transferebatur, ubi plurimos labores ob tumultus tam per bella, quam hæreses in hac Diæcesi suscitatos in se suscipere cogebatur: anno autem Salvatoris nostri millesimoquingentesimo sexagesimo tertio Romam redire iussus ibidem sancti Officii Congregationibus præerat: ubi eadem uti volebat severitate, quam sub Paulo IV. qui Inquisitioni savebat, adhibuit: verum Pius IV. cum hanc agendi rationem nimis austeram crederet, Ghislerium ex ædibus Vaticanis dimisit, ac nonnihil auctoritatem huic muneri annexam imminuit, Ghislerius cum aliquando a nonnullis moneretur, quod tunc, si tam diversos & alienos de Pontifice sensus conciperet, sibi caveret, ne Hadrianæ molis arci includeretur, istis ipse reposuit; *michi, inquit, locus nunquam deerit, in sacrum ordinem meum redeundi, quoties ob testificationem veritatis in hoc sacro Collegio permanere, ac præ justitiæ defensione palam mentem meam promere non potero.*

Sæcul. XVI.
A.C. 1566.

§. LXXI.

Caraffæ ab eodem pristinis honoribus, ac dignitatibus restituti.

Denique Ghislerius, postquam in summum Pontificem electus, atque inauguratus erat, primas eo curas intendit,

Thuan. l. 39.
hoc ann.
Ciacon. t. 3.
pag. 992.

Sæcul. XVI. dit, ut Cardinalis Caroli Caraffæ, e-
 A C. 1566. jusque Fratris Palliani Ducis caussa
 rursus examinaretur, atque hujus sen-
 tentiæ æquitas discuteretur, nec ina-
 nis erat hæc sollicitudo; plures enim
 illorum, qui huic judicio intererant, ac
 contra eos pronuntiaverant, hanc senten-
 tiam in gratiam prioris Papæ se tulisse di-
 xerunt, eamque retractarunt, professi, ju-
 stitiæ leges minus observatas, hinc
 Pius V. illorum testimonio fretus Ca-
 raffas famæ, titulis, & dignitatibus re-
 stitui voluit.

*Spond. hoc
 ann. n. 4.*

§. LXXII.

*Pontificis studium in hæreticis inqui-
 rendis, ac plectendis.*

*Thu. l. 39.
 Spond. n. 4.*

Illud ipsum æquitatis studium, quod
 neo-electus hic Pontifex hac in oc-
 sione exerebat, haud minori erga Reli-
 gionem zelo testatum reddidit, dum in
 eos, qui opiniones de fide suspectas fo-
 vebant, sedulo inquiri, ac quotquot po-
 terat, ad se Romam transmitti juberet;
 præprimis vero Julium Zannetum, qui
 Patavii domicilium contraxerat, ob
 eam caussam a Senatu Veneto tradi
 impetrabat, qui etiam Romæ damnatus
 ignis supplicio affectus est. Eodem
 tempore Magistrum sacri palatii Flo-
 rentiam misit, qui Petrum Carnesecum
 arctissima cum Medicæis necessitudine
 con-